



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de
Coloniae Agrippinae, 1684

78. Ad impetrandam alicui exemptionem, an opus sit mandato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

pralat. Navar. d. n. 264. Tum quia Conc. Trid. non videtur derogavisse iuri communi, & conciliari nequit Concilio Lateranensi, quod opus esse abrogationem iuris aut concilij tradit Fel. c. nonnulli de rescr. & diximus satis supra lib. 1. quest. 50. num. 33.

Tum quod expediat iura iuribus concordare c. cum expediat de elect. in 6. post sunt autem hæc iura commodè concordari, dicendo quod Conc. Trid. limitetur per alia duo prædicta ob rationem specialitatis, quæ colligitur ex eis verb. ad fræ- nandam aliquorum Episcoporum duritiam in d. c. 1. de suppl. negl. pralat. Cum & posteriores leges declarentur & limitentur per priores l. sed & posteriores ff. de legib. Tum postremo, quia si expectanda esset licentia Episcopi, mora forte esset periculum allatura Abb. cap. cum in veteri col. pen. de elect. Peckius d. ca. 2. n. 2. quo calu recedi solere à iuris solemnibus superius in alienatione rerum Ecclesiasticarum tradimus lib. 4. quest. 1. numer. 8.

QVÆSTIO LXXVIII.

Ad impetrandam alicui exemptionem, an opus sit mandato.

Missæ disputatione dicendum est opus non esse, teste Navarro, à quo amplior huius articuli explanatio peti poterit conf. 2. per tot. & signanter n. 4. de rescriptis. Quid autem in alio genere rescriptorum obtineat, apud eundem discutitur, d. conf. 2. & 4. nu. 2. usque ad finem eod. tit.

QVÆSTIO LXXIX.

Adiunctiones quinquennales, actiones hypothecariæ, seu reales, an contra exemptos proponi possint coram iudice laico, loci ordinario?

Distinguendum est inter Ecclesiastica bona, & temporalia: & questio hæc adeo intricata, ut cum Poëta dixerim:

Doctorum litem hanc fecit discordia longam.

Asimilemque iugis locis quæ Gordius olim.

Nervis atque torvis Phrygi suspendit ad aram.

Ideo in hoc labyrintho Thelet filo opus erit, quod in promptu ex doctissimis Navarri scriptis delumens Navarri, in cap. novit. notab. 3. & 6. de iudic. & in comment. de usuris num. 106. Restaur. tract. de imperat. quest. 50. per tot. Distinguendo igitur inter Ecclesiastica exemptorum bona & merè temporalia, siue patrimonialia Eccle-

Bbb 2